



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 50. Epistola Pontificis ad Philippum Regni Moderatorem contra eundem  
Cardinalem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

nebant, religionem per factiosos Novatorum libellos impugnatam doctissimis juxta ac solidissimis plurium Doctorum undique conquisitorum lucubrationibus esse propugnandam, ut titubantes in fide & S. Sedis obsequio contra Novatorum illusiones firmarentur, & firmiteribus arma ad enervandas Sectariorum artes subministrarentur, ac tandem seducti monstrata veritatis luce ad rectam semitam reducerentur. Denique ex Cardinalibus nonnulli suggeriebant Pontifici, nomine totius S. Collegii amicabilem literas ad Noailium esse dandas, ut mutui amoris vi ac testificatione animi duritiem frangerent. Multum etiam Pontifici probabatur horum consilium, cum autem de speranda Noailii submissione clamatum crederet, hujus consilii executionem esse differendam censuit.

§. L.

*Epistola Pontificis ad Philippum Regni Regentem contra Cardinalem Noailium.*

Cum ea, quæ summus Pontifex ad Regni Moderatorem de Noailii causa perscripserat, singulari verborum Majestate ejus indignationem prodant, aliunde vero ad pleniorum hujus negotii

Sæc. XVIII  
A. C. 1716.



Sæc. XVIII. gotii notitiam plurimum conferant, in  
 A. C. 1716. tegram ejusdem epistolam inferere  
 operæ pretium duxi: Erat autem illius  
 tenor sequens:

„Cum alias, & sane, non semel per  
 „Venerabilem Fratrem Cornelium  
 „chiepiscopum Carthaginensem Nos  
 „tium isthic nostrum spem Nobis ha  
 „dubiam feceris, eaque tuo nomine a  
 „lecto Filio nostro Josepho S. R. C.  
 „Cardinali de Tremoille luculenter co  
 „firmata fuerit, gravissimum Negoti  
 „Constitutionis nostræ, cujus initium  
 „est; *Unigenitus Dei Filius*: brevi ex  
 „nimi nostri sententia, & totius Ecclesie  
 „plausu absolutum iri: dedimus pro  
 „fecto fidei, quam verbis tuis habu  
 „mus, ut diutius, quam par erat, a  
 „ejusmodi re acrioribus remediis  
 „genda, conficiendaque abstinere  
 „Novimus enim te illum non esse,  
 „aliquid temere sperare soleas, aut  
 „verba dare contumaces Episcopi  
 „nestum, ac tutum existimare possim  
 „hac propterea spe freti, tametsi de  
 „de audiverimus Cardinalem de No  
 „les præfatorum Episcoporum Duce  
 „non sine ingenti Catholici Orbis a  
 „miratione, consilio illi, quod isthic  
 „Conscientiæ vocant, a te præfectu  
 „fuisse: maximam, quam inde suscep  
 „mus, animi ægritudinem ea, ut pro  
 „nos



„nosti, persuasione lenivimus, qua ejus-  
 „modi munus non alia a te ipsi Car-  
 „dinali delatum fuisse existimavimus,  
 „quam ea lege, ut ipse, quamprimum  
 „imo etiam antequam illud obire inci-  
 „peret, officii sui debito erga Nos, erga  
 „Apostolicam Sedem, erga universam  
 „Ecclesiam, cumulate satisficeret. Agno-  
 „vimus revera non multo post, Nos longe  
 „aberrasse, ubi scilicet eundem Cardi-  
 „nalem demandatam sibi præfecturam  
 „sine ulla perperam a se gestorum præ-  
 „via emendatione suscepisse, neque  
 „illam clam, aut timide, sed palam,  
 „& sine rubore exercere cæpisse resc-  
 „vimus, sed adhuc, ne de Te statim  
 „diffidere videremur, tot mensium spa-  
 „tio, quot ab aliis, quas hac de re ad  
 „te dedimus, literis hucusque effluxe-  
 „runt, prorsus siluimus: felicem illum,  
 „quem maximo huic, & multis nomi-  
 „nibus permolesto negotio nos sperare  
 „feceras, exitum patienter præstolan-  
 „tes, ac licet cunctationem hanc no-  
 „stram communiter improbari non igno-  
 „rarem: assiduis dumtaxat & enixis  
 „precibus exceptis, quas iterum hu-  
 „mili corde ad Dominum effudimus,  
 „ut errantes in viam justitiæ revocaret,  
 „Nobis vero quid in tanto rei disci-  
 „mine agendum esset, aperiret, a qua-  
 „vis alia deliberatione Nobis omnino  
 „tem-

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1716.



Sæc. XVIII. „temperavimus, constanter ac perpe  
 A.C. 1716 „tuo confisi, optato tandem exitu ca  
 „rituram nequaquam esse spem illam  
 „quam non minus in causæ justitiæ  
 „quam in animi tui æquitate, eximio  
 „que tuo erga publicam quietem,  
 „orthodoxam religionem studio colla  
 „caveramus. Verum cum nimium ja  
 „exploratum, compertumque sit, Ca  
 „dinalem de Noailles, ac reliquos  
 „cum sentientes Antistites, patienti  
 „nostra, tuisque beneficiis animos  
 „confovendum pervicaciæ suæ crime  
 „obduruisse, & quæ ex hoc uno fonte  
 „maximum Apostolicæ Sedis, & Ec  
 „clesiæ contemptum, provenisse illi  
 „hic, ac provenire indies tot Scand  
 „dala, quæ Nos pudet, ac pige  
 „commemorare: proditi prorsus Apo  
 „stolici Nobis injuncti muneris, de  
 „fectæque turpiter Religionis causâ  
 „argui possemus, nisi ad retine  
 „dendam illorum audaciam, qui to  
 „malorum auctores, seu saltem  
 „fautores esse noscuntur, florentissim  
 „Galliarum Regno afferendam, conce  
 „sa nobis divinitus potestate tandem  
 „uteremur. Per alias itaque nostras  
 „simili forma Brevis literas disserte et  
 „præcipimus, ut quicumque ex illis  
 „Mandata ediderunt non minus veri  
 „tati, ac Ecclesiæ paci repugnantia  
 „quam



„quam memoratæ nostræ Constitutioni Sæc. XVIII.  
 „injuriola, ea penitus rescindere, & A. C. 1716.  
 „sine mora abolere debeant, tam vero  
 „illi ipsi, quam ceteri omnes prælatæ  
 „nostræ Constitutioni absque ulla re-  
 „strictione, limitatione, aut conditione  
 „se subjicere, illamque exacte ac fi-  
 „deliter observare ac ab omnibus curæ  
 „sux commissis observari facere tenean-  
 „tur; præfigentes eis ad hæc omnia  
 „implenda terminum duorum mensium,  
 „ac insuper declarantes, quod hujus-  
 „modi termino elapso, ubi Nobis mini-  
 „me constiterit, illos præcepto huic no-  
 „stro morem usquequaque gessisse, sum-  
 „pto a prædicto Cardinale de Noailles  
 „initio, (quippe qui licet tot beneficio-  
 „rum vinculis Romanæ huic Sedi præ-  
 „cæteris obstrictus reperiatur, maluit  
 „tamen hac in re cum paucis factiosis  
 „Christi vestem inconsutilem scindere  
 „satagentibus, quam cum Jesu Christi  
 „in terris Vicario, ac cum reliquis Ec-  
 „clesiæ Gallicanæ, aliisque Catholici  
 „orbis Episcopis consentire) illum qui-  
 „dem Cardinalatus dignitate ac insigni-  
 „bus denudabimus: deinde vero tam  
 „contra ipsum, quam contra alios de-  
 „sertores Episcopos, validioribus juris  
 „remediis, prout in Domino magis ex-  
 „pedire judicabimus, ad ulteriora pro-  
 „cedemus. Verum ne cum eis potestate,  
 „ut



Sæc. XVIII. „ut diximus, utentes, illius chari-  
 A. C. 1716. „tis, quæ nunquam excidit, oblitum  
 „deamur, literæ illæ, quibus tam Cardinali  
 „dinalem ipsum, quam alios Episcopos  
 „pos de hoc nostro proposito admonemus,  
 „mus, jussu nostro a suprascripto Archiepiscopo  
 „episcopo Carthaginensi a te deferretur non alio  
 „tur non alio sane consilio, quam quemadmodum  
 „eas, quemadmodum te enixe rogamus, atque  
 „mus, atque obsecramus, Cardinalibus & Episcopis  
 „& Episcopis suprascriptis reddi curam, una cum  
 „una cum tuis sapientissimis, ac laboriosissimis  
 „berrimis monitis, quibus eos, ut præcipiti  
 „præcipiti loco, in quo reperiuntur, pedem  
 „pedem detrahant, studiose adhortentur, illisque,  
 „illisque, ut in spiritu humilitatis, cor redeant,  
 „cor redeant, omnino persuadeant, unde dura  
 „unde dura nobis auferatur necessitas, asperius  
 „asperius cum eis agendi, amplius e contrario  
 „e contrario aperiatur via benevolentiam excipiendi,  
 „los excipiendi, ac cum magna Ecclesie universæ  
 „sive universæ lætitia in sinu paternæ charitatis  
 „charitatis complectendi. Quod certè Nos Majorem  
 „Nos Majorem in modum cupimus, quemadmodum  
 „quemadmodum id ipsum enixis precibus a Deo  
 „bus a Deo optimo maximo, que flagrantiori,  
 „tore non desinemus, ita & a te flagrantiori,  
 „tiori, quo possumus, paterni nominis cordis  
 „cordis affectu, nunc maxime postulamus. „